

unitate eiusdem spiritus.

Missa concluditur cum Benedicamus domino alleluia alleluia.

In die sancto Introitus.



Resurrexi et adhuc recūsum alleluia. posuisti super me manum tuam alleluia. mirabilis facta est scientia tua alleluia alleluia. **Ps.**

Domine probasti me et cognouisti me. tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam.

Gloria patri et filio. **Oratio.**

Opus quod hodierna die per unigenitum tuum eternitatis nobis aditum deuicta morte reuerasti: uota nostra que preueniendo aspiras etiam adiuuando prosequere: Per eundem dominum nostrum iesum christum.

Epistola: Ad corinthios.

Expurgate uetus fermentum: ut sitis noua conspersio sicut estis azimi. Et enim pascha nostrum: immolatus est christus. Itaque epulemur. Non in fermento

to ueteri neque in fermento malicie et nequicie: sed in azimis sinceritatis et ueritatis.

Et dies quam **Grad.** tis. fecit dominus exultemus et letemur in ea. **Ps.** Confitemini domino quoniam bonus. quoniam in seculum misericordia eius.

De sanctis autem ac de dedicatione siue in missis uotis in hac hebdomada duplicatur alleluia ut suis in locis patebit.

Alleluia Pascha nostrum immolatus est christus. **Ps.** Epulemur in azimis sinceritatis et ueritatis. **Sequentia.** Laudes saluatori uoce modulemur super.

Secundum Marcum. **E**n illo tempore: Maria magdalene et maria iacob et salome emerunt aromata: ut uenientes ungerent iesum. Et valde mane una sabbatorum ueniunt ad monumentum: orto iam sole Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes: uiderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus ualde. Et introeunt.



